

Martinus Lutherus.

Iam in tota scriptura non legitur charitati tributam iustificationem, cum potius sit fructus fidei iustificantis. Galatas V¹: „Fructus Spiritus est charitas”, 3 et cetera.²

Iohannes Cochlaeus.

Quam frivolum vero est, quod niteris probare, charitatem esse 6 fructum fidei iustificantis, per illud Apòstoli ad Gala. V¹22: „Fructus Spiritus est charitas etc.”. Cur addis tam fraudulenter ‘etc.’? Ego Dolus Lutheri in allegatione vero sine ‘etc.’ totum illum textum integre ponam, ut videant tui, 9 quam inique et illiberaliter agas nobiscum. Haec ergo sunt verba C ij^v Pauli: „Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patien- || tia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, FIDES, modestia, con- 12 tinentia, castitas. Adversus huiusmodi non est lex”³. Ecce vitule, Paulus ait: „Fructus autem Spiritus est charitas”. Tu autem perverso sensu non per verba Pauli, sed per commentum et figmentum tuum 15 ais, „fructus fidei iustificantis est charitas etc.” Ut autem recte aperias oculos vitulinos possisque videre fidem quoque a Paulo commemorari inter fructus Spiritus, ascripsi eam in obsequium tui literis grandioribus. 18

Lutherus contra vota propo.3 Dlij^v Cum dicas igitur, fidem informem somnium esse atque in scripturis non haberi⁴, necessario habes dicere, quod fides sit || fructus fidei, idem scilicet sui ipsius, ut nova generatione, quae nec Deo nec ho- 21 minibus neque naturae cognita est, idem sit fructus sui ipsius, hoc est, ut idem generet se ipsum.

Martinus Lutherus.

24

Error autem vulgatissimus inde manavit, quod verbum Petri⁵ ex Proverbiis Solomonis⁶ sumptum perperam intelligunt. Non enim de propriis cuiusque, sed de alienis peccatis loquitur, quando dicit: „Charitas operit multi- 27 tudinem peccatorum”, ut sit sensus: „charitas non irritatur, omnia suffert, non offenditur, omnia sustinet”⁷, ut non possit tam multum in eam peccari, quod non ferat, tegat, ignoscat et parcat, iis autem operibus nemo iustificatur, sed 30 nisi iustificatus iam sit, hos fructus charitatis non profert. Hunc autem esse sensum, ex Proverbiis X. capere licet per antithesin: „Odium suscitatur rixas, universa autem delicta operit charitas”. Hoc est, qui odit proximum, etiam 33 in bono illius opere quaerit, quod calumniatur. Qui autem diligit, contrarium facit, ut etiam omnia peccata proximi tegat et toleret.⁸

12 fides A 32 cap. AB capere L

1) Gal. 5, 22. 2) LWW 11, 302 Z. 7—9 (XXII). 3) Gal. 5, 22f. 4) „Iudicium de votis” [propos.] 3f. LWW 8, 323 Z. 8 ff. 5) 1 Petr. 4, 8. 6) Prov. 10, 12. 7) 1 Cor. 13, 5. 7. 8) LWW 11, 302 Z. 9—20 (XXIII).

Iohannes Cochlaeus.

Quod autem suggillando charitatem, ut ei praeferas fidem, aliter
 3 exponis verba Petri quam nostri doctores sancti, atque ita contra
 scripturam transgrederis terminos antiquos, quos posuerunt patres Prover. 22,28
 tui', non me graviter movet. Tum quia ita soles. Tum quia haec
 6 tua expositio nullam in se habet (quantum prima verba sonant) im-
 pietatem. Tum etiam quod inde cognoscere licet, ne umbram quidem
 charitatis in te reliquam esse. Id modo admonuerim, impie agere te
 9 in hoc, quod contra expressa verba Petri, Pauli, Iohannis et Iacobi
 fidem praeferas charitati. Petrus enim ait: „Ante omnia autem mutuum 1. Pet. 4,8
 in vobismetipsis charitatem continuam habentes”. Paulus vero adhuc 1. Cor. 13,13
 12 apertius (ut paulo superius allegavimus) ait: „maior autem horum
 charitas'. Et Iohannes: „Filioli (inquit) mei, non diligamus verbo 1. Iohan. 3,18
 neque lingua, sed opere et veritate“. Iacobus denique ait: „Estote Iaco. 1,22
 15 autem factores verbi, non auditores tantum, fallentes vosmetipsos',
 et quae sequuntur pulcherrime. Tu autem, vitule, ais, in re conscien-
 tiarum fidem esse totum, opera vero nihil. At velim, ut semel nobis
 18 ostenderes, ubi hoc sit scriptum.

Martinus Lutherus.

His credo satis esse responsum pro defensione trium propositionum
 21 mearum a Cocleo damnatarum, et fortiter manere hoc dogma meum: Sola
 fides iustificat.¹

Iohannes Cochlaeus.

24 Quam vero ridiculum est, quod subdis. „His (inquis) satis esse
 responsum pro defensione trium propositionum mearum a Coclaeo
 damnatarum, et fortiter manere hoc dogma meum: Sola fides iustificat.”
 27 Nimis profecto duram, vitule, absque omni pudore frontem istam tuam Taurina
 taurinam hic reddis et obfirmas. Quomodo enim credis, satis respon- frons Lutheri
 sum esse || in tam brevibus ineptiis tuis pro defensione trium propo- [D iij r]
 30 sitionum a me quidem iustis, ni fallor, libris tribus reprobatarum, sed
 prius a sede apostolica damnatarum? cum non videris, quando haec
 scripsisti, nisi primum ex iis de gratia sacramentorum librum. Secun-
 33 dus² enim tum erat adhuc sub praelo impressorio. Tertius³ vero
 adhuc hodie retinetur hic in arca mea, brevi tamen in publicum, Deo
 volente, exiturus. De quo nihil dicam, prius quam ab aliis iudicetur.

1) L W W 11, 302 Z. 21—23 (XXIV.). 2) „De baptismo parvulorum”. 3) „De
 fomite peccati” (1. Februar 1524). Spahn 344 Nr. 15.
 Corp. Cath. 3.

Secundus autem iam publicatus est. Tu videris, quid ei respondeas, ne sceleratissimi, quod unquam aut usquam contigit in orbe terrarum, infanticidii et reus et convictus habearis. Primum vero vidisti quidem, 3 sed non tetigisti. Ad quam enim scripturam auctoritatemve aut ratio-
nem eius respondisti? Qualiter autem defenderis hic || dogma tuum
de sola fide, ex hac mea responsione scire licebit. Crede mihi, vitule, 6 non omnis lector est sciolus aut poëta Lutheriscus.

Martinus Lutherus.

Per hoc tamen non oportere negari, quin verbum, sacramentum, Christus, 9
praedicator, Spiritus et Deus pater iustificet. Deus enim omnia facit, ut iustificemur. Christus meruit, ut iustificemur, Spiritus sanctus exequitur meritum Christi, ut iustificemur. Verbum est instrumentum, quo exequitur Spiritus 12
meritum Christi, similiter et sacramentum et praedicator. Sed formalis iustificatio relinquitur soli fidei, cum sine fide nec Deus nec Christus nec aliud quicquam prosit ad iustitiam. De operibus autem, ut iustificare dici possint 15
dixi¹ in sermone de mammona iniquitatis.²

Iohannes Cochlaeus.

Summa in-
constantia
Lutheri de
baptismo
1. Petri 3|21
Quis vero vir gravis non detestetur tuam inconstantiam et mobili- 18
tatem, qua in tam brevi libello toties te ipsum traducis? Ecce haud
ita longe a principio admittis mihi contra articulum seu propositionem
tuam, quod baptismus iustificet. Et mox enumerando decem salva- 21
tores, convictus a me verbo Petri apostoli, concedis, quod sacramentum
salvat. At statim post alterum folium, poenitentia (credo) impia et
iscariotica³ ductus, ais contra, quod non possit ulla pars iustificationis 24
tribui baptismo. Deinde confestim non bene emenso folio uno iterum
vi veritatis impulsus in sententiam meam victus concedis, tam im-
prudens sane ad rectum et immemor tui quam ad conviciandum 27
prudens, animo pronus et lingua calamoque promptus, — ais ergo: Per
hoc tamen non oportet negari, quin verbum, sacramentum, Christus,
praedicator, Spiritus et Deus pater iustificet'. Sed quid mirum, si in 30
hoc libro, quamlibet brevi, ter mutaveris super una eademque re
sententiam, qui hoc idem super eadem re ter quoque feceris prius
in uno folio tuae assertionis? Id quod ego tibi clarissime ob oculos 33

15 possit L 16 mammona L 19 qua] + hic B 20 edmittis A

1) Gehalten am 17. August 1522. LWW 11, 302 Anm. 1. 2) LWW 11, 302
Z. 23—30 (XXV). 3) Luther wird hier mit Judas Iskariot verglichen.

posui, circa finem libri mei¹. Ad quod prudenter tacuisti || hac in [D iij v]
 responsione tua. Quem ergo non tedeat, tecum, qui usque adeo varius
 3 mobilisque et impudens es, disputare? Mihi tamen ferendum est hoc
 tedium breve aequanimiter, qui pro honore patriae et salute animarum
 (quas tu immanissime perdere conaris) iam ultra biennium, in multa
 6 patientia et labore fastidia longa pertuli scribendo², quamvis ediderim
 hactenus pauca.

Martinus Lutherus.

9 Haec serio dicta satis sint. Revertamur ad ludentem meam testudinem,
 et coronidis vice videamus, ut Lutherum doceat dialecticam.³

Iohannes Cochlaeus.

12 „Haec serio (inquis) dicta satis sint. Revertamur ad ludentem
 meam testudinem, et coronidis vice videamus, ut Lutherum doceat
 dialecticam.” Ego vero, mi vitule, plus satis iam vel ad poenitudinem
 15 usque hic tecum lusi. In libro autem meo de gratia sacramentorum
 non lusi, sed serio scripsi. Quam serio autem tu hic scripseris, nescio;
 scio autem te parum sobrie scripsisse. Cedo igitur iam ultro tibi de
 18 ludo, ne forte ‚praestet magis quaestiones’ (uti Paulus Timotheo suo
 scribit) „quam edificationem Dei, quae est in fide”. Ne autem omnino
 inutiliter tecum lusisse hic videar, neve minus serio te in libro meo
 21 ad singulare certamen, sub Gregorii Magni autoritate ineundum, pro-
 vocasse credar, ecce tibi coronidis vice non lusum contumeliosum aut
 inaniter verbosum, sed sanctam sanctissimi viri de gratia et virtute
 24 baptismi (quam tu, mobilis arundo⁴, nunc astruis nobiscum, nunc impie
 destruis tecum) epistolam Theotistae patriciae Constantinopolitanae
 scriptam, non quidem totam — admodum enim prolixa est, — sed
 27 quantum hic satis fuerit. Ait ergo sanctus Gregorius papa primus⁵:
 „Si qui vero sunt, qui dicunt peccata in baptisate superficie tenus
 dimitti, quid est hac praedicatione infidelius? In qua ipsum fidei
 30 sacramentum festinant solvere. In quo principaliter ad coelestis mun-
 ditiae mysterium anima ligatur, ut absoluta radicitus a peccatis om-
 nibus soli illi inhaereat. || De quo Psalmista ait: »Mihi autem adhaerere

Desisten-
 dum a ludo

1. Timo. 1|4

Coronidis
 vice epistola
 Gregorii

Gregorius
 in registro
 lib. 9 epi-
 stola 39

C ij v
 Psal. 72|28

1 in < B 3 deputare A 16 hic < B 18 □ Timothei 1 A
 32 Psalmista] Propheta M

1) De gratia sacram., Bl. 74 v f. 2) Vgl. oben Einleitung S. 6 f. 3) L W W
 11, 302 Z. 30—32 (XXVI). 4) Vgl. Matth. 11, 7. 5) Epp. lib. 11, ep. 45
 (MPL 77, 1162 nr. 1131).

Deo bonum est. Certe enim maris rubri transitus figura sancti baptismatis fuit. In quo hostes a tergo sunt mortui, sed alii contra faciem in heremo inventi. Sic quippe omnes, qui in sancto baptis-³mate tinguntur, eorum peccata praeterita omnia laxantur, quia eis velut Aegyptii hostes a tergo moriantur. Sed in heremo alios hostes invenimus, quia dum in hac vita vivimus, priusquam ad promissionis⁶ patriam pertingamus, multae tentationes nos fatigant et ad terram¹² viventium tendentibus iter interclu- || dere festinant. Qui ergo dicit, peccata in baptis-⁹mate funditus non dimitti, dicat Aegyptios in mari⁹ rubro non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est, peccata in baptis-¹²mate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas quam umbra¹² veritatis. In evangelio Dominus dicit: »Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus«. Si igitur peccata in baptis-¹⁵mate funditus minime dimittuntur, quomodo is, qui lotus est, mundus¹⁵ est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis: »Qui lotus est, mundus est totus«. Nihil ergo de peccati sui contagione remanet, quem totum¹⁸ fatetur mundum ipse, qui redemit." Haec Gregorius primus, noster agonotheses¹.

PERORATIO AD NESENUM.

21

Satis vitula-
tum iam a
Lutthero esse

Dic tu, quaeso, Nesene, vitulo isti tuo, satis superque iam ultra quinquennium ab eo vitulatum esse, ut ludere desinat, dum iuxta cognomen suum pro ludione habetur et toleratur adhuc; ne cum Paulo²⁴ dicamus ei hodie vel cras: „Existimas autem hoc, o homo” semivitule, „qui iudicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis con-²⁷temnis?” „Secundum autem duritiam tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius.” Nam quod inter ludendum, dum³⁰ Ismaëlitice mecum ludit, tot in me conviciis et impropriis debacchatur, propter unicum dictum de sono scripturae, nihil profecto est, quod metuam. Quamvis enim ipse instar avidi culicis aut improbae muscae³³ totum corpus libri mei percurrens, quaesierit, quod arroderet morsu

Gene. 21⁹
Ismaëliticus
ludus Lu-
theri

3 heremo] eremo sunt *M* 4 laxantur] lavantur *M* 5 moriuntur *BM*
14 pedes < *M* 18 contagio *M*

1) ἀγωνοθέτης = Kampfrichter.

illo suo amarissimo, dum diligentissima venatione ulcerosum aut scabrum aliquid in corpore undeviginti quaternionum¹ investigaret, ita
 3 tamen glabra, plana et sana (Deo sit laus et gratiarum actio) invenisse putandus est omnia, ut nihil, quod morderet, exquirere aut
 reperire potuerit nisi haec tria: de sola fide, de consequentia asini
 6 et de sono scripturae. Quid vero de sola fide lucratus iam sit, superius audisti.

Martinus Lutherus.

9 Ubi in assertionibus meis dixi, Paulum asserere, nos fide iustificari, adieci: non dicit Paulus nos sacramento iustificari. Hic testudo, quasi esset dialectices aliqua parte perita, ostentat cornua sua pulchre, et tamen cor-
 12 nutum syllogismum non facit, dicens: Ubi hanc didicisti dialecticam², quod ab autoritate negative³ du- || cis consequentiam? Non dicit: Lutherus non est E
 homo, ergo est asinus. Quis rogo, non ad extasim miretur testudinis tam
 15 aptum et argutum elenchum? Haec scilicet illa dialectica tam acuta posse dicere: Ergo tu es asinus? Quis tam ridiculum asinum e Luthero facere queat, nisi venustissima ista testudo? Respondeo tamen.

18 Et tu, pulchra testudo, ubi didicisti theologiam et rem christianam tuis praerancidis et sordidis consequentiarum regulis metiri? Scilicet divinas literas putas sophisticas nugas esse? Satis declaras hic, sacrilege Coclearis,
 21 quid ex animo sentias de rebus spiritus, dum inter eas et nostras prorsus nihil discernis. Quoties, rogo, dixi et scripsi in re christiana nihil esse asserendum, quod scriptura non habet? Quod toties mandat scriptura, quod Hilarius
 24 quoque docuit, et ipse tam Hieronymus quam Augustinus. Quorum hic scribit: Solis eis libris, qui canonici dicuntur, hunc honorem tribuo⁴. Ille vero: Quod de scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua pro-
 27 batur. Vides, Chrisippe testudinarie, quos viros tua asinifica et asinina dialectica petat blasphemias suis? In rebus igitur sacris vehementissimus et robustissimus locus est, arguere ab auctoritate negative.

30 Sed tantus dialecticus, quam aptum facit exemplum huius topicae, dum dicit: Non dicit, Lutherus non est homo, ergo est asinus, scilicet loco negativae infert affirmativam, cum dicere debuisset hoc modo: Non dicit, Lutherus
 33 non est homo, ergo non est homo. Haec enim sequela nihil valet in hac topica. Furiae et intemperiae totum hominem agitant, sicut solent sophistas, ut sua propria neque intelligant, nec si intelligant, commode uti possint.

36 Vade ergo, tu sordidum et propinarium Coclear, cum tua inepta et insulsa dialectica, et inter ollas et farragines tuas saltem illa disce apte uti, ut

15 elenchon *L* 28 et robustissimus < *L*

1) „De gratia sacramentorum” zählt 19 Lagen = 76 Bl. 2) Cochlaeus, De gratia sacram., Bl. 62 v ff. 3) Cochlaeus zitiert hiefür Petrus Hispanus in „Von Christglaubigen Seelen”, 1526 (Spahn 347 Nr. 36a), Bl. Biiij^r. 4) Augustinus, Epist. 82 (Hieronymo) c. 1 nr. 3 (MPL 33, 277; CSEL 34, 2, 354).

veniam demus, si in re sacra perperam utaris. Ego aptiore exemplo docebo te hanc topicam. Scilicet Francofordienses negant testudini suae cor et cerebrum esse¹. Ergo testudini suae nihil est cordis et cerebri. Tu videris, an 3 valeat consequentia.²

Iohannes Cochlaeus.

Consequen- De consequentia asini non est, quod respondeam, cum et ego 6
tia asini eam non probaverim, sed inde consimilem argumentationem eius re-
probaverim.

Martinus Lutherus.

9

Verum quid ego hic facio, nisi ut bis stolidus et insanus fiam ipse, qui cum tam stupido et stolido capite et verba et tempora perdo? Quid enim cum eo tandem efficies, qui novo monstro prodit et ecclesiae auctoritatem 12
E ij palam praefert verbo Pauli, seu, ut vult || prudentissime et callide locutus videri, sono Pauli? Sic enim dicit: Dato, quod Paulus ita diceret (quod non facit), non tamen contra omnem ecclesiam per verba Pauli protervire oportet. 15
Maiores est sensus ecclesiae quam sonus scripturae. Non oportet ubique sonum sequi scripturae³. Quis tam parum de re christiana novit, qui non offaciat, quis spiritus habet hanc mephitim per armatam istam testudinem? 18
Scilicet ut nobis suspectas reddant scripturas, se ipsos autem et suos patres ecclesiam faciant, lallat ista nequitiosus satanae angelus⁴, ut tuti sint ab ore gladii spiritus⁵, tum in eorum arbitrio sit, quid et sentire et sonare oporteat. 21
Sed Christo gratia, qui populis illuxit et docuit iam orbem, adversus haec sacrilega portenta verbum Dei palam blasphemantia, sic sapere, ut etiam angelo de coelo non credant, si aliter doceat⁶, quam sonat scriptura. Ut pereat 24
ecclesia illa testudinacea, cum suo sentimento et sonamento.

Si sonus Pauli suspectus et non sequendus est, cur sequendus est sonus ecclesiae? An ecclesia testudinis sensum sine sono aliquando prodit? 27
Sonet ergo Paulus, sonet testudo, sentiat Paulus, sentiat testudo cum sua ecclesia. Doce, quaeso, quem sonum et sensum sequemur? An denuo nova ratio invenienda est, ut nec ecclesiae sonum, sed sensum alterius ecclesiae 30
sequamur? Sed ille sensus ecclesiae iterum prodibit. Et iam quartus erit sonus necessarius, quo tertius sensus certificetur. Deinde quarto sono, quintus sonus sonabit pro quarto sensu. Obsecro, cur tandem finis erit sonorum et 33
sensuum?

Scelerati et impii sophistae, qui postquam sacras literas pro stercore habuerunt, invenerunt viam istam, ut scripturam non per scripturam, sed per 36
suos blasphemos sensus traderent idque tum ecclesiae auctoritate factum

17 re christiana L re < AB 18 habet] halet L 20 iste L

1) Dieser Leumund kann auf Richtigkeit beruht haben, weil Cochlaeus die Predigtgabe versagt war. 2) L W W 11, 303 Z. 1—304 Z. 5 (XXVII). 3) Cochlaeus, De gratia sacram., Bl. 72 v. 4) 2 Cor. 12, 7. 5) Vgl. Eph. 6, 17. 6) Vgl. Gal. 1, 8.

iactarent. Qui si toti sese dedissent, sicut titulo iactant, meditationi legis Domini, non esset locus isti insulsae et impiissimae differentiae soni et sensus
 3 in scripturis. Nihil unquam dictum est simplicius, purius, clarius, facilius, quam
 verbum Dei, id quod quando scirent istae testudines limicae, talpae, lacertae,
 erucae, locustae, bruci, vespae, immo viperae et stelliones, qui totis vitae
 6 diebus in terrenis suis volutabris reptant et pereunt, in immundiciis suis
 sophisticis? Quid mirum, si sonum graecae linguae non intelligas, qui nihil
 graecae didiceris¹? Lux enim est verbum Dei omnium hominum, ad quod et
 9 venit in hunc mundum². Non autem homines lux verbi Dei sunt, ut Cocleus
 hic sacrilegus cum suis insanit.

Dicamus ergo: „Deus creavit coelum et terram”³. Et accedat hic testudo
 12 et distinguat nobis sonum et sensum, ut aliud ostendat hic || Mosen sonare et E 1] v
 aliud sentire. Hoc autem debet ostendere. Nam si verum est, quod uno loco
 scriptura aliud sonat et aliud sentit, ubique de ea dicendum est, ut aliud sonet
 15 et aliud sentiat, cum nulla sit ratio, cur alicubi et non ubique. Nisi forte hic
 nova testudinaceae ecclesiae dialectica ab autoritate affirmative sic arguatur:
 Nos testudines Aristotelis dei nostri gratia et sentimento nobis reservamus
 18 de plenitudine potestatis ius decernendi, ubi scriptura aliud sonat et aliud
 sentit. Quid autem, si et nos dicamus, cur non et patres tui dicendi sunt
 aliud sonare quam sentire, cum nihil sit pugnantius dictum, quam quod patres
 21 inter sese et inter sua quoque propria dicunt? Neque enim in scripturis
 semel invenies aliud sonari et dici, ubi in patribus (qui sensum Coclei, non
 sonum Pauli habent) centies aliud sonatur et aliud sentitur.

24 Sed ut dixi, reptilia ista immunda omnia versant et moliuntur, ut scrip-
 turis iudicium derogent et sibi vendicent. Ideo quicquid scripturis tribui oportuerat,
 sibi et suis tribuunt. Rursus quod sibi et suis tribui oportuerat, scrip-
 27 turis tribuunt. Scripturis iudicari debent, et ecce scripturas iudicant. Quid
 illis aliud merito dicetur quam illud Christi: „Et iustificata est sapientia a filiis
 suis”⁴? Quod si hoc agerent, scripturas aliquoties figurate loqui, recte dicerent,
 30 aliud sonari (sed sophisticis, grammaticae scilicet ignaris) et aliud sentiri. Nam
 dum Christus dicit: „Ego sum lux mundi”⁵, certe sophisticis aliud sonat et aliud
 sentit, quod ad sophisticas prorsus nihil pertineat scire hic metaphoram esse,
 33 sed proprietatem hic esse parvorum logicalium, quae dicitur alienatio vel
 remotio termini. Nam grammaticis nusquam et nunquam aliud sonat scriptura,
 quam sentiat, ut quae simplicissime loquatur.

36 Nunc autem testudines meae sceleratae etiam in iis locis arguunt
 scripturam hypocrisis, imo mendacii, ubi prorsus sine figuris atque adeo sine
 proprietatibus parvorum logicalium loquitur, ut est locus propositus: fide
 39 iustificamur; hic aliud sonari et aliud sentiri vult Coclear meum. Sed finis

4 limacae L 6 reptant et] et < L 24 ut] ubi L 38—39 FIDE
 IUSTIFICAMUR L

1) Vgl. Cochlaeus' eigenes Geständnis in „De libero arbitrio”, 1525 (Spahn 345 Nr. 25), Bl. H 7^v. 2) Vgl. Joh. 1, 9f.; 3, 19; 12, 46. 3) Gen. 1, 1. 4) Matth. 11, 19. 5) Joh. 8, 12; 9, 5; 12, 46.

hic esto cum larvis nugandi. Sicut enim recte dicitur: Solus Deus creavit coelum et terram, licet scriptura tantum dicat: „Deus creavit coelum et terram”, cum non sit alius creator, ita nostra loquendi ratio exigit dicere: Sola fides iustificat, licet scriptura tantum dicat: Fides iustificat, cum nihil nisi fidem iustificare ipsa clarissime probet. Vale, mi Nesene, in Christo. Et testudini tuae dic, ut desinat tempus perdere bonis ingenii, suis sentimentis et sonamentis, tum stolidis tum implis prorsus.¹

E iij^r

Iohannes Cochlaeus.

De sono seu litera scripturae alibi, ut videbitis, propediem satis diffuse tractavimus². Hic breviter dixisse satis fuerit, quod ait Paulus ad Romanos: „Ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate literae”. Item: „Rogo vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam, quam vos dedistis, faciunt, et declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo domino nostro non serviunt, sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium³”. Et in prima ad Corinthios: „Sermo (inquit) meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei”. Et post pauca: „Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Animalis autem homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei⁴”. Ita sane et animalis iste vitulus tuus, Nesene, non vult percipere et acceptare sensum ecclesiae, quem ei per sanctos Dei homines ante mille et amplius annos dictavit et tradidit spiritus Dei sanctus. Sed temere et superbe innititur ubique prudentiae suae, et sapiens est in oculis suis, atque prudens coram seipso. Ut iam plane completum sit in eo, quod alibi ait Apostolus: 27 „Litera occidit, Spiritus autem vivificat”. Sic etiam multi discipulorum Christi (quo minus mireris de hoc vitulo discedente et aberrante) dicentes literaliter et carnaliter: „Durus est hic sermo, et quis potest eum audire”, „abierunt retro, et iam non ambulabant” cum Iesu. Proinde ait ibi Dominus: „Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quicquam⁵”. Audiat ergo vitulus tuus, et tu simul cum eo, quid vobis 33

12/13 □ < B 13 dedistis] didicistis V

1) LWW 11, 304 Z. 6—306 Z. 10, d. h. bis Schluß (XXVIII). 2) Cochlaeus selbst zitiert: „in Apologia nostra de Eucharistia [!] sacramento”, De gratia sacram., Bl. 72^r. 3) Röm. 16, 17f. 4) 1 Cor. 2, 10. 14. 5) Joh. 6, 63.

dicat sanctus, eruditus et eloquens doctor ecclesiae, divus Hieronymus in epistolam Pauli ad Galatas scribens, quemadmodum et Gratianus 3 refert in decretis¹: „Marcion (inquit) et Basilides et caeterae haereticorum pestes non habent Dei evangelium, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum evangelium non docetur. Nec putemus 6 in verbis scripturarum esse evangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis.” Haec ille².

Verba Hieronymi contra scripturas haeticorum 1. q. 1 c. Marcion

9 Reliquum est, Nesene, ut te rogem, ne cuiquam posthac ullius in me sis imperiosus autor contumeliosi libri, cum ego te antea nullo unquam verbo aut facto (quod sciam) laeserim. Si autem ad me 12 lacessendum et traducendum ingeniosus aut imperiosus esse perrexeris, habeo certe adhuc literas et tuas et tuorum, ex quibus et me defendere et talionem tibi retribuere queam. Rogo vero ¶ te potius, ut si 15 resipiscere neque velis neque possis, obstante tibi prava et inquietae mentis et affectatae ignorantiae caecitate, saltem ab iniuriis temperes, ne me invitum trahas contra te in harenam. Deus optimus maximus 18 resarciat has Germaniae scissuras, et conglutinet vulnera hiantia, ut fiamus iterum unum corpus (ut antea) et unus spiritus, sicut vocati sumus in una spe vocationis nostrae³, et simus de caetero magis 21 solliciti, servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Amen.

Conclusio ad Nesenum

Elij^v

Ephes. 4:4

Excusatio auctoris ex proverbii vicesimo sexto cap.: „Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur”³. Quo 24 casu quaeris, eodem respondere iuberis.

Cur vitulo⁴ hic potius quam Lutheri responderim, et iuste et copiose rationem reddam, siquando vel Lutherus ipse vel Lutheranorum 27 quispiam a me id expostulaverit.

Oratio Iohannis Cochlaei, ex psalmo XXI.⁵

[Cij^v]

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. 30 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens.

22 ff. B setzt vor Excusatio ein A, vor Responde ein B, vor Quo ein C, vor Eodem ein D, je a linea. 25 ff. Cur—expostulaverit < B

1) Decretum Gratiani, pars 2 causa 1 qu. 1 cap. 64 (Friedberg 1, 381), wo es aber heißt: . . . spiritum sanctum, sine quo humanum fit evangelium quod docetur. 2) S. Hieronymus, ad Gal. 1, 11 f. MPL 26, 347 nr. 386. 3) Prov. 26, 5. 4) Dietenbergers Übersetzung von vitulus in der „Vermanung” s. oben S. 8 Anm. 1. 5) Ps. 21, 17—23 (V. 20—23 wörtlich).

„Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me, ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam, et de manu canis unicam meam. 3

Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te.”

Francofordiae ad Moenum, XII. die Aprilis 6

Anno millesimo quingentesimo vicesimo tertio.

ANTONII CORNELII LYNNICHANI

decatostichon ad candidum lectorem. 9

Difformem taurum domitor restringuere Theseus

Alter adest, nullis viribus inferior.

Hic telis illum callet configere, sacra 12

Ex pharetra promptis ex fideique penu.

Auribus invitis nequirit sufferre boatum,

Quem Minotaurum personuisse patet. 15

Ἄμωσος nimium chelyos¹ male doctus amicae

Obstrepitu temerat dulcia quaeque mele.

Cochlaeo gratos bene docto reddere phthongos, 18

Occentus tauri dissonat horrisoni.

6 ad] a A 8—19 Diese Verse nur in A. B hat dafür die Nr. I—XXVIII mit den Incipit (je eine Linie) unter der Aufschrift: Numeri correspondentes in libro Lutheri; nach der Aufzählung den Satz: Dicite, Lutherani, vitulo vestro, ut et ipse sic assignet numeros, quibus responderit libro Cochlaei.

1) chelys = testudo, übertr. = Lyra.